

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

§. 59.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

unde prius ad se pervenerit, mittat, id quod tamen non nisi sedula distinctione affirmandum esse censeo. Si enim praesentans mandatarii saltim vices teneat, remissio amborum instrumentorum omnino necessaria est, cum non sua, sed mandantis, jura conservaverit, eidemque media ad ista persequenda in manus tradere debeat. Obligat quoque mora in remissione cambii conimissa vel dolosa vel culposa mandatarium ad damnum resarcendum \*).

## §. 59.

Nequeo idem per omnia dicere de protestante cambii proprietario. Is enim, qui ipse regressum erga remittentem s. alium ex praecedentibus cambii indossantibus (vel confessim vel ex intervallo, excusso e. g. acceptante solutionem denegante etc.) meditatur, probationis mediis, instrumentis scilicet cambii et protestationis, sese exuere minime potest. Non ergo video, quoniam modo ad cambii remissionem, quamdiu eidem satisfactum non sit, obligatus haberi possit. Protestationis instrumentum unum remittere quidem potest, cum alterum vel jam confectum teneat, vel ex protocollo notarii conficiendum curare possit. Et hoc quidem interdum jure efflagitat remittens s. is, cui de regressu actionem struit, quippe qui interdum porro erga alium regressum quaerit ad eundemque ideo probandi mediis instructus esse debet. Quando igitur certum est, eum, quem

re-

gatas. Nominō ex recentioribus Oestreich. Wechselpatent v. 1763.  
art. 11, in UHL cont. III. pag. 9. Poln. Wechselverordn. v. 1775.  
§. 2. n. 4. in UHL cont. IV. pag. 4. Augsb. WO. v. 1778. cap. 5.  
§. 23. in UHL cont. IV. pag. 91.

\*) Habes eandem sententiam in SIEVEKINGII libello S. 137.  
Iqq. expositam — cf. etiam allg. preuss. LR. §. 1046.

## G



regressus tenet, nullam habere contra quendam ad indemnitatem actionem; monstrandum solum, per mandatum forte, non vero edendum est protestationis instrumentum. Ita mihi videntur conciliandae opiniones in duas partes maxime diversas abeuntes \*).

## §. 60.

2) *De reliquo procedendi modo.*

Protestatione igitur instituta, patet omnino regressus erga eum, quem ad indemnitatem obligatum habeat creditor, vel extrajudicialiter vel etiam judicialiter urgendus. Indemnitatem vero non adipiscitur, nisi pro omni danno, intellige pro forte, usuris, dannis casualibus et impenis omnibus erogatis, compensationem quandam accipiat. Remittit computationem, quae ea omnia comprehendat, (*Retourrechnung nominatain*) ad eum, a quo regressus petitur \*\*). Conficitur et remittitur saepissime ad indemnitatem istam imputandam *recambium* s. *cambium* recursus \*\*\*). Sed de his omnino, ut et de modo in judicio cambiali procedendi, ubi vel ad indemnitatem in continentia praestandam vel ad cautionem de ista constituenda, nisi aliter subventum sit, exigendam agi potest \*\*\*\*), de ac-

\* cf. e. g. SIEVEKINGII *Materialien*. §. 139. 140 et PÜTTMANNI *Wechselfr.* §. 87. — Determinat fere ex sententia expofita rem omnem *allg. preuss.* LR. §. 1047. sqq.

\*\*) cf. Io. AD BECK *vom Wechselfr.* Cap. IV. §. 63. pag. 174. sqq. C. F. BEHRENS *Anleitung zur Kennniß vom Wechselfr.* pag. 143.

\*\*\*) cf. PÜTTMANN §. 72. 73. SIEVEKING §. 113. sqq. et alibi. *allg. pr.* LR. P. II. §. 1081 1083.

\*\*\*\*) cf. *allg. preuss.* LR. P. II. §. 1075.

